

Recueil des chartes de l'abbaye de Stavelot-Malmedy, 104

In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum sit omnibus tam presentis quam futuri evi fidelibus, quod ego Hadewidis ingenua ex ingenuis tradidi sancto Petro et sancto Remaclo in Stabulensi cenobio, pro salute anime mee et filii mei Hadewidi, Heimereit de Brucherotheres, cum omnibus que visa sum possidere in campis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, ut singulis annis ipse vel omnes posteri ejus XII ibidem persolvant denarios. Addidi etiam Sparfir de Erarmunz cum suo mansu soluturum XIII denarios. Hujus legitime facte traditionis in presentia domni Popponis abbatis et Adelardi filii Bosonis advocati. Hii sunt testes : Stephanus et filius ejus Richezo de Malenpret, Tizelinus et Francho, Gozelinus de Berreitmanil, Helfridus de Aluenz.